



**R. P. Christophori Gillii, Ex Brigantio Lvsitaniæ, Societatis
Iesv, Et in Conimbricensi Academia S. Theologiae
Professoris; Commentationvm Theologicarvm De Sacra
Doctrina, Et Essentia atque vnitte ...**

Gil, Christovão

Coloniae Agrippinae, 1610

Theologia non est propriè scientia consequentiarum. cap. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82291](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82291)

XIII.

Augustinus.
Hieronymus.

D. Thom.

Augustinus.

Cassiodorus.

Varro.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Cassiodorus.

Dico secundum Theologia est appellan-
da scientia propter maiorem similitudinem
cum illa, quā cū vllō alio habitu naturali.
Hec assertio nititur auctoritate D. August.
lib. 14. de Trinitate c. 1. Hierony. Epist. ad
Paulinum de studio diuinæ scripturæ ad fi-
nem, Theologia vocantiū scientiā: eadē est
scientia D. Thomæ, eodē nomine illā cen-
sentis: nā licet neget habere verā, ac perfe-
ctā rationē scientiæ, modū tamen scientiæ
imperfectum illi concedit q. vnica prolog.
art. 3. quæst. i. cuncta 2. r. part. q. 1. art. 2. & in
secundo scripto q. 1. prolog. art. 1. Martilius
q. 2. ar. 3. cōclusione 9. Carthusian. li. 1. fidei
Orthodoxæ ar. 1. §. 2. Varro, Syluest. Cai. v-
bi suprā; q. ex instituto bene ostēdit Canus
loco proximē citato, & hoc solū voluit A-
gidius 2. parte prologi q. 1. art. 2. his verbis:
*Theologia, siue cognitio de diuinis scientiis dici po-
test, vt dicitur 13. de Trinit. c. 19.* quo loquendi
modo satis indicat, non attendere se ad cō-
ditiones sciētig in rigore Philosophorū; neq;
aliter appellat scientiā quā D. Thom. eius-
dē scientiæ fuit Richard. q. 2. prolog. sem-
per enim vocat Theologiā scientiā cū addito
in corpore enim ait esse scientiā *quoad nos
aliquomodo*, & nō habere *plene rationē scientiæ*
sicut subalternatæ naturales, & ad 4. multū
participare *de perfectione scientiæ*. Suadet autē
quoniā supernaturalia, quorū naturā igno-
ramus, nominam⁹ nominib. rerū ijs simil-
limarū; qua ratione virtutes Theologicas
nominib. naturalium habitū, vel passionū,
quib. similes sunt, appellamus; at inter habi-
tus naturales null⁹ omnino est, cui similior
sit Theologia, quā scientia, quare meritō
potest scientia appellari. A sumptio cōstat,
quoniā ab habitu principiorū differt ratio-
ne discursiua & inuēdiētia, à scientia verō so-
la euidētia: ceteri habitus, nēpē opiniōis,
ac fidei humanæ differunt à scientia inuē-
diētia, & incertitudine, at Theologia sola
ineuēdiētia, & ita magis conuenit cum sci-
entia, quā duo illi habitus.

XIV.

At inquires: etsi Theologia magis cōue-
niat cū scientia, quā fides, & opinio, non ta-
men magis cum illa cōuenit, quā cum fide,
& opinione: nam cū his cōuenit secundū
ineuēdiētiā, cum illa secundū certitu-
dinē: cū verō vna solū est ratio disci-
minis ex vtraq; parte non est maior distin-
ctio, aut maior similitudo. Quæ solutio e-
uincit non esse maiore differentia Theolo-
giā à fide, & opinione, quā à scientia se-
cundū quantitatem discretā, quoniā vno
tantū distat ab hac, & ab illis: verū cū æquali
differentia secundū quantitatem discretam
potest esse maior, vel minor, secundū quan-
tatem cōtinuam: nam color niger magis

differt ab albo, quā à rubro, non quidem
secundū quantitatem discretam, eadem
quippē differentia essentiali, quæ est p mo-
dum vnitatis, differt ab vtroq; sed secun-
dū quantitatem continuā: quoniā secun-
dū quantitatem virtuales intēsiuam p-
priæ perfectionis essentialis magis elonga-
tur à candore, quā à rubedine. Eodē modo
quamuis secundū quantitatem discretam
æqualiter distet Theologia ab opiniōe, at-
que à scientia; quia ab vtraq; vna solū dif-
ferentia distinguitur, secundū quantitatem
continūam magis conuenit cū scientia, quā
cum opinione. Ratio est, quoniam scientia
magis elongatur ab opinione, & alijs habi-
tibus de reb. contingentib. certitudine, quā
euidētia, & claritate: nam circa contingē-
tia potest esse modus aliquis euidētiæ, nō
tamen certitudinis apud Philosophū, qui
idcirco lib. 1. Post. c. 7. & alijs frequēter re-
quirat ad scientiam, vt sit de necessarijs, nō
autem de cōtingentibus, item c. 2. vt scienti-
nihil magis certū sit, quā oppositū suorū
principiorum esse impossibile, scientias itē
distinguit penes maiore, vel minorem cer-
titudinē lib. 1. de anima. tex. 1. & lib. 1. Met.
c. 2. & 1. Post. c. 23. itaq; crebro ait scientiam
esse de necessarijs, euidētia verō quamuis
ex ipsius dictis colligat, nō tamen exprese
ab eo asseritur: imò cū habitus intellectu-
ales distinguantur penes euidētiā, & ineu-
diētiā, sicut etiam penes certitudinem,
atq; incertitudinē, in diuisione quam tradit
6. Ethic. c. 3. potius habet rationem certitu-
dinis, quā euidētiæ; distinguit enim habi-
tus in semper veros, ac nō semper veros:
modus autem veritatis penes mutabile, &
immutabile pertinet ad certitudinem, atq;
adeo certitudo est qualitas intrinseca, &
magis propria scientiæ, quā euidētiæ: &
ita D. Thom. 2. 2. q. 9. art. 1. & 2. ait nomen
scientiæ importare quādam certitudinem
iudicij, quare cum Theologia penes certi-
tudinem conueniat cum scientia, imò eam
superet, vt infrā ostendam, consideratis o-
mnibus, magis cōuenit cum scientia, quā
cum vllō alio habitu naturali.

Aristot.

D. Thom.

Theologia non est propriē scientia
consequentiarum.

CAP V T VII.

Nonnulli apud Aureolum q. 1. pro-
logi art. 1. opin. 3. & apud Argenti-
nam. q. 2. prologi art. 1. opinione 3. vidētes
Theologiam ratione ineuēdiētiæ non esse
propriē scientiam consequentium, vt pro-
batum est, dixerunt esse scientiam, qua sci-

I.

Aureol.

Argent.

Gillij comment. Theol.

P

untur

Ocham.
Gabriel

untur tantummodò cōsequentia. Cui sententia fanet Ocham. in prologo q. 3. principali lit. R. & Gabriel q. 7. lit. C. quatenus a iunt ex Theologia studio acquiri multos habitus scientiales consequentiarum propriarū Theologiæ, qui ad Logicā non pertineant; Cuius sententiæ præcipuum fundamentum apud Argentin. est, quoniam Theologia non est habitus simpliciter ad hæsius ex terminis, sed ex discursu, atque adeò habet modum aliquem scientiæ; non consequentium, nam horum non habet evidentiam: ergò consequentiarum. Secundò probat Ocham, quoniam scire consequentias in singulis materijs non spectat ad Logicum, sed ad singularum scientiarum peritos: ergò etiam scire consequentias Theologicas ad Theologum spectat: atque adeò cum discursus Theologici quoad veritatem connexionum, & consecutionem sint evidentes, Theologus per eos acquirat habitus scientiales consequentiarum. Pater consequentia, quoniam scire deducere conclusionem ex principijs reuelatis est aliquid scire, Maior verò propositio ostenditur; quoniam Logica considerat formam sine materia determinatā, idè enim Aristotel. in eius explicatione utitur terminis non significatiuis: propter quod dixit D. Thomas q. 6. de potentia art. 1. ad 11. Logicū, & Mathematicū considerare res secundum principia formalia tantum: cōsiderare ergò, ac scire deducere cōsequentias in materia reuelata, non ad Logicum, sed ad Theologū spectat: Alioquin nullus esset perfectus Logicus, qui non cōsciret scientias omnes humano studio comparabiles.

S. Thom.

II.
Argentin.

Hanc sententiam impugnat Argentin. primò: quia notitia cōsequētis, vt præscindit à notitia antecedentis, & consequentis, est purè Logica, & ex solis regulis Dialecticæ haberi posset, atque adeò per studium Theologicum nihil de nouo sciretur. Secundò quoniam tunc scientia Theologica nō esset verior notitia, quā figmentorū: nam cum dicitur, Chimæra est Deus, ergò est omnipotens, scitur consequentiā necessariò esse verā, nō scitur autē antecedens, & cōsequens, quoniam falsa sunt. Tercio, notitia quæ haberi potest absque ope alicuius scientiæ, nō pertinet ad eā; notitia verò cōsequentiarū haberi potest absq; ope Theologiæ: nam per solā Logicā, remota quauis alia scientia, habetur notitia consequentiarū: sicut. n. ignoratio solius Logicæ est causa ignorationis consecutionum, vt ait Commenta. 4. Metaph. tex. 1. ita notitia sola ipsius sufficit ad discernendas omnes conse-

Commentat.

quentias. Cui argumēto responderi potest hoc esse verum de formali cōsequentia secundum se, prout abstrahit à singulari materia; non verò prout sumitur in materia determinata. Contra obijcit Argenti. non valere respōsionem, quoniam autores oppositæ sententiæ sumunt consequentiā formaliter, quatenus præscindit à notitia certa, ita antecedētis, quā cōsequētis: & idè parū facit materia, cuius ratio nō habet in aliectione.

Sententia asserens Theologiā esse scientiā consequentiarū, vel intelligitur de scientia consequentiarum in actu signato, quasi Theologia determinet per aliqua principia de bonitate, & ineptitudine cōsequentiarū, præscribendo normas bene differendi, vel in actu exercito hīc, & nūc in singulari materia, iudicādo ex vi antecedentis rectè deduci cōsequens. Rursus si loquamur de scientia cōsequētiarū in actu exercito, dupliciter intelligi potest ea sententia: primò qdè ita vt Theologus solū præbeat assensum de bonitate cōsequētis, nihil curans de veritate cōsequētis: vel ita vt simul iudicet cōsequens esse verū, quia rectè deducitur ex antecedente vero: quod tamè iudiciū, quatenus fertur in veritate consequētis, nō est scientia, quia inevidens: quatenus verò in bonitate consequētis, fortitur aliquā rationē scientiæ, quia euidens est, cōsequēs sequi ex veritate antecedētis: & in hoc sensu videtur loquuti autores illi, quorū meminit Argenti. vt colligitur ex exēplo qd ex ipsis adducit, aiunt. n. supposito quod in vna natura diuina sint tres personæ distinctæ, sequi earū distinctionē sumi penes relatiua, Theologū verò scire hāc cōsequentia esse necessariā, licet nec antecedens, nec consequens sciat. Dico exēplum, per verbū scire intelligitur scientia euidens, quā circa antecedēs, & consequens negant Theologo, nō tamè omnē aliā notitiā, certū quippe est vtrūq; cognosci à theologo. Porro modus scēdi, seu iudicādi cōsequentia in actu exercito, vel solū habet ordinē ad formā, vel etiā ad materiam cōsiderando habitudinē necessitatis, aut cohærentiæ consequētis cum antecedente, ex vi cuius probatur assensus consequentiæ tanquam necessariæ, vel probabilis ratione materiæ.

Dico primum. Theologia nō est scientia consequentiarum in actu signato. Hæc est Aureol. & Argenti. vbi supra, Marfil q. 2. prologi ar. 2. dub. 2. & de mente D. Thom. 1. 2. q. 57. ar. 6. ad tertium & 22. q. 51. ar. 4. ad secundum, qui respectu omnium scientiarum demonstratiuarum vnam solū vult esse Logicam, imò est sententia D. Augustini lib. 2. de doctrina Christiana c. 31. vbi sic

habet,

III.

IV.

Aureol.
Argenti.
Marfil.
S. Thom.

Augustin.

habet, cum sint vera connexiones non solum verarum, sed etiam falsarum scientiarum, facile est veritatem connexionum etiam in scholis illis discernere, quæ præter ecclesiam sunt. loquebatur aut eo loco de vtilitate Dialecticæ, & de consecutione illa Pauli 1. ad Corinth. 15. *si mortui non resurgunt, Christus non resurrexit*: quam veram esse dicit, etiam si consequens sit falsum, & doctrinam eiusmodi consequentiarum disci etiam posse ait in illis scholis, quæ præter ecclesiam sunt, hoc est in scholis Dialecticorum, etiam gentiliū: quia scilicet ad eam scientiam non opus est vlllo principio fidei, aut doctrinæ ecclesiæ, ex quib. procedit Theologia. Et meo q̄ dem iudicio contra propositā assertionem nec autores ab Argentina citati, nec vlli alij cēfuerunt. Res per se patet, quoniam scientia cōsequentiarū sumpta illo modo pertinet ad logicā, cuius est formam argumentandi præscribere ad vsum reliquarum scientiarū, propter quod à Philosopho appellatur *instrumentum sciendi*: sicut ergo reliquæ scientiæ naturales vtuntur regulis traditis ab arte differendi; ita & Theologia: hoc idem concludunt argumenta relata ex Argētina.

V. Dico secundum, Theologia non habet solam scientiam consequentiarum in actu exercito, sed etiam cōsequentium. Hæc est de mente Doctorum asserentium habitum Theologicum esse discursuum, quos retuli tract. 1. c. 9. duo continentur hac assertionē; alterum est Theologiam habere notitiam consequentiarum, alterum nō ea sola contētam esse, sed etiam scire veritatem consequenti illati: Posterior pars suadetur, quoniam Theologia multa probat directē & ostēsiuē, & ex fide colligit plures veritates: atq; adeo per se intendit acquirere notitiam veritatis, non solius consecutionis, sed sententiarum, quæ continentur in conclusionibus illatis. Præterea habitus discursiuus ex principiis veris non respicit solam veritatem connexionum, sed etiam conclusionum in se; Theologia est habitus discursiuus ex principiis veris, ergo non solum attendit veritatem consequentiarum, sed etiam consequentium. Prior pars huius assertionis intelligitur de vtroq; modo sciendi consequētias in actu exercito, scilicet, vel attendendo solum veritatem illationis, vel simul veritatem consequentis: Et quidem hoc posterius membrum per se patet; quandoquidem omnis assensus discursiuus non fertur simpliciter, & absolute in veritatem consequentis, sed cū respectu, & habitudine ad antecedens, ex quo infertur: & æquipollēter continet hoc iudiciū: hæc conclusio est vera, quia illę præmissę sunt verę

atq; adeo cū Theologia sit habitus discursiuus, vt patet ex dictis, necessariō p̄prius ei⁹ actus, ferri quoq; debet in actu exercitu suā bonitatē consequentiā. Prius aut ostēditur, quoniam vt patet ex Philosopho in li. 1. Post. c. 22. scientiæ nō solum argumētatur ostēsiuē, sed etiam deducēdo ad impossibile, in quib. demonstratiōib. nō scit cōsequens illatū, vtpotē falsū, sed sola illatio, siue consequutio, si necessaria, ac vera sit: nā vt docet Aug. lib. 1. de doctrina Christiana c. 31. nō solum verarū, sed etiam falsarum sententiarū cōnexiones veræ sunt, atq; adeo sciri suo modo possunt. Et hoc modo argumētādi vtunē crebrō Theologi aduersus hereticos, deducēdo eos ad aperta absurda, quæ ipsi cōcedere verentur, vt ita retractēt errores, ex quib. illa sequūt. Quæ argumētandi Methodo vsus est Apost. Paul. 1. ad Corinth. 15. aduersus negantes resurrectionem mortuorū. *si mortui nō resurgunt, neq; Christus resurrexit, inanis est ergo fides vestra, inanis prædicatio nostra*: & deinceps infert alia, quæ omnia falsa sunt: quia & Christus resurrexit, & non erat inanis prædicatio eorū, qui hoc annuntiabāt, nec fides eorū, qui hoc credebāt. Sed ista falsa, vt locō cit. notat D. Aug. verissimē connectebantur illi sententię, quæ dicebat non esse resurrectionē mortuorū. Istis aut falsis repudiatis, quoniam vera erāt, si mortui nō resurgunt, cōsequens erit resurrectio mortuorū; Itaq; notus ille discursus, vt ait idē August. sic breuiter cōcluditur, si non est resurrectio mortuorum neq; Christus resurrexit: Christus aut resurrexit: ergo est resurrectio mortuorū. Quare negandū nō est Theologū, licet totū discursum suū dirigat ad colligēdā sententiā aliquā verā, interdū habere assensus quosdam veros circa solas cōnexiones, & consecutionū veritatē: q̄ quidē non ad artē Dialecticā, sed ad Theologiam pertinent: quoniam licet Dialectica doceat ex præmissis necessarijs colligi cōsequēs necessariū, tamē in particulari nescit discernere, quæ sint principia, quę conclusionēs necessariæ: sed hoc pertinet ad singulas scientias in propria materia: ad quas proindē scire pertinet quid necessario sit consequens, quid antecedens, ad aliquam assertionem.

Dico tertiu; Theologia quoad euidentiā bonæ cōnexionis, cōuenit cū alijs scientijs nō solum ratione formæ, sed etiam ratione materiæ, & sub hac consideratione habet quādā rationē scientiæ. Hæc est Heruæi quodlib. 1. q. 18. ad 2. eamq; videntur intendisse Ochamus, & Gabriel vbi suprà, itē Tole. q. 3. prolog. ar. 2. in prima probatione primæ conclusionis, quatenus dicit Theologiam

Augustinus.

1. ad Cor. 15

VI.

Hervæus
Ocham.
Gabriel
Toletan.

habere suā propriā logicam, non enim sentiunt Theologiam esse solū scientiā consequentiarum, cū dicant agere de Deo tanquam de subiecto: sed volunt eam habere euidētiā consequentiarum, quibus vtitur. Verū hęc assertio dupliciter accipi potest, primo quidē, ita vt Theologus per peculiare actus iudicet de veritate connexionis, & ex ijs iudicijs acquirat habitus scientificos consecutionū: deinde verō ita vt eodē actu, quo iudicat consequens esse verū in actu exercito, feratur simul in veritate connexionis; iudicādo cōsequens esse verum ex vi prēmīssarū, modo explicato. In priore sensu illam videtur accipere Gabriel, & Oham, sed immeritō, in eo nāq; falsa est. Etenim assensus ille, qui in actu signato, & quasi extrinsecē fertur in veritate consequentiæ formando hoc iudiciū, hęc consecutio est bona: fieri potest à quocūq; Dialecticā artis perito, & ignaro prorsus Theologiæ, etiā si ignoret utrū prēmīssæ sint veræ nec nē: quādoquidē iudiciū illud respicit solā formā, & non materiā: ideoq; vt docent Logici, fieri potest ex aspectu figuræ syllogisticæ antequā cōsideretur, aut iudicentur prēmīssæ: omnis autē actus, qui per se non pendet ex principijs alicuius habitus, vel scientiæ, nequaquam spectat ad illam: quare cū iudiciū illud feratur absq; vllō assensu veritatis reuelatæ, quæ est norma principiorū Theologiæ, nequaquā pertinebit ad Theologiam tanquā actus eius elicitus, quanquam interuenire possit aliquando tanquā cōditio ad assensum Theologicum per se cadentē suprà cōclusionem ipsam. Quapropter Aureol. vbi suprà existimat interuenire triplicē habitū in quavis demonstratione, siue acquisitione scientiæ, nimirum habitū principiorū quo prēmisse iudicantur veræ: habitū Logicæ, siue innatum, siue acquisitum, quo demonstrans scit deductionem esse aptam, & necessariā: deniq; habitum scientiæ, quo adhæret animus conclusioni, ppter veritatem prēmīssarū. Inter quos est longē patens discriminem maxime inter secundum, ac tertium, de quib. nunc agimus: nā secundus puram respicit formam nō spectata materiā, & ideo ad solū Logicum spectat, cuius est cōsiderare, & iudicare aptitudinē formæ syllogisticæ: tertius autē supposita bonitate formæ, & iudicio, vel claro intuitu eius, fertur suprà veritatē ipsam materialē consequentis per continuationē ad principia, & ppter ipsorum veritatē applicatā cōsequenti per formam syllogisticā idoneā. Ex quo iam patet assertio quoad posteriōrē sensū, in quo est vera: etenim assensus omnis certus debet

Oham.
Gabriel

Aureol.

niti certis principijs, ita vt si vel vnus certitudo titubet, nō sit vera certitudo eius assensus, qui ex tali principio pendet: Theologia verō est habitus certus, atq; adeo certis principijs nisi debet: niti autē actus cadēs suprà cōclusionē ex prēmīssis illatā feratur in ipsam, vt euidenter deductam, non habebit omnia principia certa: ergo Theologia quoad euidētiā cōsequentiæ, debet conuenire cum alijs scientijs. Assumptio patet, quia caret certitudine principiorū formalium, quā sublata non certō cōiungitur materialibus, nō enim aliter cōiunguntur extrema cōclusionis, quā per mediū: quare nisi certō videatur coniunctio huius cum illis, labat certitudo, nec potest intellectus certō niti reuelatione, cui nō per se immediatē, sed p incertā consequentiā innititur.

Dictum verō est in assertione cōuenire in euidētiā cōsecutionis cum alijs scientijs, nō solū ratione formæ, sed etiam ratione materiæ, quādoquidē sola ratio cōsequentiæ formalis non latet, vt ratioe ipsius habeat assensus discursiuus rationem scientiæ: ea namq; est indifferēs ad omne genus syllogismi, etiam pseudographi, sophistici, & dialectici, qui nulla certitudine mentē firmanant: ideoq; vt benē notat Aureol. vbi suprà, dialecticus docens, atq; vtens cōstituitur eodemmet habitu in quavis materiā: at demonstrator vtens distinguitur à doctōe, q. solū in ppria materiā demonstrat, demonstrare verō in alijs ad singulas scientias spectat: quod confirmat ex D. Tho. li. 4. Met. lecti. 4. asserente quoad partē Logicæ, quæ dicitur demonstratiua, doctrinā solū pertinere ad Logicā, vsum verō ad Philosophiā, vel alias particulares scientias, & rationē reddit, quoniā vsum demonstratiuæ consistit in vtendo principijs verū, de quibus sit demonstratio, quæ ad scientias reales pertinet, ex quo sequitur, licet videre simpliciter illationis veritatē ratione formæ, Dialecticus possit in quavis materia, tamen expendere vim consequentiæ materialis, & habitudinē, & connexionem necessariam vnus propositionis ex altera, ratioe materiæ, nō pertinere ad ipsum, sed ad singularū scientiarū peritos. Et ita Philosophus li. 1. Post. tex. 41. inter demonstrationes deductas ad impossibile nō numerat ea, quæ quomodocūq; ex antecedente falsō colligunt consequens falsum, sed eas solū, quæ procedunt ex antecedente falso, cuius medius terminus habet necessariam connexionē cum altero extremo. Ratio est quoniā consequētia formalis solū infert veritatē consequentis, si antecedens est verum: quando verō illi accedit vis cōsequentiæ materialis, quæ cernitur habitudo, &

conne-

VII.

D. Thom.

Aristot.

connexio necessaria extremorum cum medio, tunc habetur vera, ac propria ratio consecutionis ad scientiam necessariam, siue hæc notitia sit prævia assensui conclusionis, siue, quod frequentius evenit, cum illo identificetur, recurrendo ad principia tanquam ad causas conclusionis. Et quamvis Theologia non semper disputet de necessariis secundum se, tamen, ut iam alibi explicavi, prout conclusiones reuocantur ad motuum reuelationis, habent sufficientem necessitatem infallibilitatis ad tradendum assensum certum, & necessarium; Et quoniam una ex conditionibus ad scientiam requisitis est necessitas, & euidencia consecutionis, non solum formalis, sed etiam materialis, quod indicavit Arist. I. Post. c. 2. cum in definitione scientiæ actualis non solum dixit esse cognoscere causam, ob quam res est, sed addidit *illius causam esse*, quo significatur penetrandam à sciente habitudinem consecutionis effectus ex causa, sit ut ex hac parte Theologia à vera, ac propria ratione scientiæ non degeneret.

VIII. Ex dictis elucet Theologiam ratione euidentiæ circa connexionem non solum formaliter, sed etiam materialiter, necessariam habere non nullam rationem scientiæ, non tamen hanc sufficere; quoniam hæc euidencia est secundum quid, nec facit scire simpliciter, coherere namque potest cum ineuidentiæ consequentis, cuius veritas, & assensus non pendet ex sola connexionis veritate, sed etiam ex notitia præmissarum, quæ in Theologia obscure cognoscuntur. Et hoc nihil amplius probat argumentum primum initio adductum. Ex eo enim, quod Theologia non habeat euidenciam consequentis, habeat autem consequentiæ, non sequitur ipsam esse sententiam consequentiarum in actu signato: sed solum ferri in ipsas euidenter in actu exercito: ex quo etiam non sequitur esse scientiam consequentiarum: scientia enim est eius, quod continetur in conclusione, & in quod per se directe cadit assensus discursu genitus: id autem non est consecutio ipsa, in quam assensus fertur indirecte, sed enuntiabile per conclusionem significatum. Ad secundum responderetur distinguendo maiorem propositionem: nam si intelligatur in actu signato, neganda est: Logici enim est considerata forma syllogistica, in quaui materia scire eius veritatem, vel falsitatem: hoc enim est quod ait Comment. 4. Met. text. 8. ignorantiam Logicæ esse causam ignorantiae consequentiarum. Et ita ex opposito, scientia ipsarum Logicæ tribuenda est: & idcirco in quouis discursu consideranda est forma, ac materia iudicium de pura forma pertinet ad Logicam, eadem quippe

scientia, quæ dicitur quomodo formandum sit arte factum, secundum has regulas iudicat an sit conforme arti: quod verò attinet ad materiam, iam non spectat ad Logicum sed est singularum scientiarum assumentium propria principia sub forma syllogistica. Ad rationem, quæ eadem Maior ostenditur, Respondeo logicam per se non esse determinatam ad aliquam materiam: nam, cum sit instrumentum omnium scientiarum, nullius materiam determinatè respicit: verum hæc non obstat, quod minus, quoad usum, diuersis materijs applicetur, in quo non est specialis difficultas ratione formæ: nam cum eisdem semper regulis mensuretur, eadem facilitate inferuire potest alijs omnibus scientijs ad fabricandas, ac dijudicandas formas syllogisticas. Ex quo patet ad perfectum Logicum non requiri, ut sit scientiarum omnium peritus: scire enim fabricare, ac diiudicare syllogismum in hac, vel illa materia, non habet peculiarem difficultatem, ac perfectionem propriam dialecticam, sed est solummodò quædam materialis extensio, ac usus ipsius, si verò eadem maior propositio intelligatur in actu exercito concedenda est, ut constat ex dictis: ex ea tamen non sequitur Theologiam esse in actu signato scientiam consequentiarum, ut patet ex solutione primi argumenti. Ad probationem consequentiæ respondetur, ipsum scire deducere conclusiones, esse scire Logicum, & non Theologicum, & præsupponi potius, quam subsequi ad studium, Theologicumque discursum, ut perspicuum est. Atque adeo fieri nequit, ut sit habitus Theologicus: hinc enim per discursum Theologicum acquiritur, & non supponitur ad illum, ipsum verò actu deducere, ac deductis assentiri, est proprium eius scientiæ, quæ versatur circa materiam, ex qua constat syllogismus.

Argumenta Argentinatis primam assertionem confirmant, ceteras non impugnant: soluenda tamen, si quo modo ijs aduersari videantur. Et primum quidem rectè probat scire, quod studio Theologiæ acquiritur, non esse de ipsis consequentijs formaliter, & in actu signato, quasi de obiecto assensus, non tamen ostendit assensum eiusmodi ex euidencia consequentiæ, supra quam cadit indirecte, non habere modum aliquem similitudinis cum alijs scientijs. Secundum supponit falsum, nempe nihil aliud scire Theologum, quam veritatem consecutionum, nec procedere à veritate antecedentis ad veritatem consequentiæ, quod nec verum, nec ab autoribus quos impugnat assertum est. Ad tertium argumentum Respondeo, non ita intelligendum esse commune dictum, nempe scire coseque

IX.

tias in particulari materia pertinere ad singulos scientificos, quasi præcisum iudiciū de bonitate illationis habeatur ex vi singularū sciētiarū, hoc. n. est falsum, vt dixi: sed quia singulæ in actu exercito suas cōclusiones iudicando, vt deductas ex præmissis, feruntur etiam indirecte, atq; implicite in veritatem consecutionis, vi cuius conclusio coniungitur principijs, in quæ ultimò reflectitur, ac resoluit cōclusionis assensus.

Theologia formaliter loquēdo non demonstrat propter quid; materialiter constat principijs sufficientibus ad demonstrationem propter quid.

CAPVT VIII

I.

AD veram scientiā propter quid duo potissimū requirunt, alterū, vt procedat p causam necessariā, alterū vt per principia prima, & immediata, siue resolutē ad prima, & immediata: prius supposuit Arist. li. 1. poster. c. 2. cum scire, inquit, est cognoscere causam, ob quā res est illius causam esse, & fieri nō posse, vt aliter se habeat. Secundum, cum li. 1. Topic. c. 1. demonstrationē ait cōstare primis, & veris, vel ijs, quæ per prima, & vera suæ cognitiōis initiū sumplerunt. Ex horū defectu multipliciter fieri potest, vt ppositio aliqua nō sit demonstrabilis à priore. Primū quidē si sit ppositio medio vacās, & per se nota, quia prædicatū immediatē p se, absq; interuētū alterius cōiungitur subiecto: deinde si probari nō possit p causam: tertio si habeat causam cōtingentē: quarto deniq; si licet re ipsa habeat causā necessariā, & per ipsā ostendat, nō tamē sumit eam resolutā vsq; ad prima principia, & immediata, qua ratio sciētiæ subaltenat, quāuis etiā per causam procedat auctore Arist. li. 1. post. c. 10. nō sciunt, ppter qd, quia nō resoluunt vsq; ad prima. Longiorē huius rei declarationē vide apud Ballo. q. 5. plog. a. 2.

Aristot.

Aristot.

Ballo.

II.

Ocham.
Gabriel
Mayronius

Omnes verò huiusmodi causæ, vel saltē aliquæ intercedunt in Theologicis discursibus, vt proinde excludi debeant à ratione scientiæ ppter quid. Ratione primæ Ochamus in plog. q. 1. annexa primæ principali a. 3. post lit. 2. Gabriel q. 2. ar. 3. & Mayro. in i. d. 2. q. 2. ar. 2. existimāt prædicata propria Dei, siue realia, atq; intrinseca, siue cōnotatiua, ac negatiua nō ostendi posse de illo, demonstratione propter quid. Quoad priorē partē ostēdit Ochamus conclusione 1. & 2. quoniā omnis propositio demonstrabilis est dubitabilis, nulla aut, in qua prædicatur aliquid absolutum proprium, & intrinsecū

Deo est dubitabilis, ergo neq; demonstrabilis. Assumptionē ostēdit, quoniā impossibile est, vt dubitetur de veritate eorum, quæ sunt idē realiter, & intelliguntur distincte, siue intuitiue, siue abstractiue: nam illa ppositio est maximē p se nota, in qua prædicatur idē realiter de eodē realiter. Secundo. Omne quod demonstratur de aliquo subiecto per prius, prædicatur de medio, p quod demonstratur: sed nihil realiter, idem cum Deo potest prædicare prius de aliquo, quā de diuina essētia: nihil enim tale est nisi persona, vel relatio, de quib. nō prædicatur proprietates absolutæ prius quā de essentia. Si quis autem respōdeat, quāuis eiusmodi propositiones non possint esse dubitabiles apprehendentes distinctē terminos, posse tamen cōcipienti illos cōfusi, & abstractiue. Obijcit, si diuina essētia cognoscatur, fieri nō posse quin distinctē cognoscatur propter summā eius simplicitatē: etiā cōfusiū aliquid ab ea distinctum, & de ea prædicabile nō per se, sed per ipsam posset agnosci, iam nō est eadem, sed alia propositio: & ita ea, in qua de ipsa diuinū aliquid prædicatur, semper est per se nota; & ideo concludit terminos significantes diuinam essentiam, & prædicatum aliquod eius absolutū, & essentiale nō posse nō distinctē cognosci, à quocunq; intellectu cognoscatur: & consequenter propositionem ipsis constantem esse per se notam respectu cuiusvis intellectus, & ideo non demonstrabilem. Potest addi argumentū ex Mayron. vbi suprā; quoniam definitio est potissimū mediū demonstrationis propter quid, Deus autem, vt potē ens simplicissimum, non habet definitionem. Quo argumento cōcludi putat D. Thom. lib. 5. contra gent. ca. 25. non posse quidquam demonstrari à priore de Deo, sed solum ab effectu. Quoad prædicata verò cōnotatiua, ac negatiua, idē pbat Ochamus conclusione quinta: quoniā inter huiusmodi prædicata, & Deum, non interuenit vllum medium, quo demonstratur. Si quis verò Respondeat demonstrari posse per definitionem eorundem, vt si fiat hic discursus, anne productiū de nihilo est creatiū: Deus productiū creaturæ, de nihilo: ergo habet creandi vim, arguit eiusmodi definitiones, quid nominis nihil ad demonstrationem conducere, quoniam semper supponi debet cognitio terminorum: & ita idem est dicere creatiū ac productiū de nihilo, & idcirco definitiones non inferuire demonstrationibus, & ijs adhibitis cōmitti fallaciā petitionis principij.

S. Thom.

III.

stra-